



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,  
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

**Kiene, Johann Georg**

**Constantiae, 1629**

7. Parens extra neccessitate[m] propriam prolem baptizare, aut instar  
Patrini suscipere non potest.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

relinquitor iudicio Ordinarii definienda, duōmodo seruetur Constitutio Bonifacii 8. in Cap. Nullus de temporibus Ordinandorum in 6. ut nullus infantī minori septem annis Consuram, & Ordines Minores, qui saltem linguam non intelligat latinam. conferat. Constat ex praxi. Vide Con. Trid. seß. 13. c. 4. & seß. 23. Cap. 12. de reform. Nau. c. 27. n. 155. Laymann. l. 5. tr. 9. c. 7.

VII. Parens extra vrgentem necessitatem propriam prolem licetē nec baptizare, nec patrinum agere potest, absq; peccato mortali, quod usurpet in re graui officium alienum, & contrahit cognationem spiritualē cum sua coniuge, quæ usum matrimonii impedit, tametsi debitum īnocenti parti reddere teneatur. Et negari non potest, quin per usum illicitū Matrimonii huius violatā cognatione spirituali, quædā deformitās contrahatur.

strahatur ( siue iam sit adincestum,  
siue melius, ad sacrilegium redu-  
cenda) quod ortu ex baptismi Sa-  
cramento habeat, & si aliqui pu-  
tent nullum impedimentu coniu-  
galis usus sequi. In necessitate sicut  
baptizando, suscipiendo, non pec-  
cat, ita nec contrahit cognatio-  
nem propter iuris dispositionem.

*Laymann. cit. c. 10 n. 7.*

VIII. Sacra menta, & sacras res  
sancte tractanda, & habenda, vel  
ipse instinctus naturae docet, ut pe-  
nitus horu abusus sit abominabi-  
lis, si nimirum in alium sine a mi-  
nistro detorqueatur, quâ Christus  
Seruator instituerit, & Ecclesia Ca-  
tholica docuerit. Hinc quâ reue-  
retiâ sint Sacra menta habenda, ru-  
dis vulgus edocendus est, supersti-  
tiosas nimirum praxes de sale, aqua  
lustrali, baptismate, cereo paschali,  
tanquam ab Ecclesia seuerè prohi-  
bitas, quibus frequenter abutitur,

Item